

acceperit... non morietur⁸³. Item in ewangelio LUCE: *mutuum dantes, nichil inde sperantes*⁸⁴. Glosa: *Non in homine spem mercedis fingentes, qui si reddat quod comodasti, reddet et deus, quo iubente, fecistis. Si non reddat, hereditas vestra in eternum erit*⁸⁵. Hoc etiam probat AUGUSTINUS, IERONIMUS et AMBROSIUS, XIII, q. III, c. I⁸⁶, II⁸⁷ et III⁸⁸. Et *Extra, De usuris, Consuluit*⁸⁹. Secundo probatur^a racione duplici. Una, quia prohibite sunt in iure naturali, ut in auctoritatibus premissis. Sed contra tale ius nulla lex, nulla dispensacio potest admitti ut [F, 131^r] VIII di: *Que contra mores, ubi AUGUSTINUS inter cetera sic^b dicit: Sicut enim in potestatibus societatis humane maior potestas minori ad obediendum proponitur, ita deus omnibus*⁹⁰. Et in § precedenti dicitur: *Quecumque vel moribus recepta sunt aut scripturis comprehensa, si naturali iuri fuerint adversa, vana et irrita sunt habenda*⁹¹. Secunda ratio est *quia par in parem non habet imperium. Extra, De electione, Innotuit*⁹². Multo minus minor in maiorem, ut XXI di., *Inferior*⁹³. Ergo

^a probatur om. G

^b sic om. G

83. *Ibid.*, 18, 17.

84. *Lc* 6, 35.

85. *BS*, t. V, col. 777.

86. *DG*, pars 2a, causa XIV, q. III, c. 1 (FRIEDBERG, I, 735). Emprunté à AUGUSTINI *In Ps XXXVI*, sermo III, n° 6 (*PL* 36, 386): «Si feneraveris hominem, id est si tu mutuum dederis pecuniam tuam, a quo plus quam dedisti expectes, non pecuniam solam, sed aliquid plus quam dedisti, sive illud triticum sit, sive vinum, sive oleum, sive quodlibet aliud, si plus quam dedisti expectes accipere, fenerator es, et in hoc improbandus, non laudandus».

87. *Ibid.*, c. 2. Emprunté à HIERONYMI *In Ezechielem*, l. VI, in cap. XVIII, n° 210 (*PL* 25, 176-177): «Putant quidam usuras tantum esse in pecunia. Quod providens divina scriptura omnis rei superhabundantiam aufert, ut plus non recipias quam dedisti...».

88. *Ibid.*, c. 3. Emprunté à AMBROSII *De Tobia*, c. XIV, n° 49 (*PL* 14, 815-816): «Plerique refugientes praecepta legis cum dederint pecuniam negotiatoribus, non in pecunia usuras exigunt, sed de mercedibus eorum tamquam usurarum emolumenta percipiunt. Ideo audiant quid lex dicat: 'Neque, inquit, usuram escarum accipies, neque omnium rerum'...».

89. *Decret. Greg. IX*, l. V, tit. XIX, c. 10 (FRIEDBERG, II, 814): «Verum quia, quid in his casibus tenendum sit, ex ewangelio Lucae manifeste cognoscitur, in quo dicitur: 'Date mutuum, nihil inde sperantes', huiusmodi homines pro intentione lucri, quam habent, ... iudicandi sunt male agere».

90. *DG*, pars 1a, dist. VIII, c. 2 (FRIEDBERG, I, 14). Emprunté à AUGUSTINI *Confessiones*, l. III, c. 8 (*PL* 32, 690).

91. *Ibid.*, c. 1 (FRIEDBERG, I, 13).

92. *Decret. Greg. IX*, l. I, tit. VI, c. 20 (FRIEDBERG, II, 62).

93. *DG*, pars 1a, dist. XXI, c. 4 (FRIEDBERG, I, 70): «... His ita ex divina scriptura commemoratis, sole clarius exhibuimus, non posse quemquam, qui minoris auctoritatis est, eum qui maioris est potestatis, iudiciis suis addicere, aut propriis diffinitionibus subiugare».

Gregorius = solo un paese prima
 di o Malles

impera-[G, 106]tor terre non potuit condere legem contra imperatorem celi. Ideo dicit GREGORIUS in dicto capitulo *Lege*, X di., in fine: *Non quod imperatorum leges quibus sepe ecclesia ... contra pravos quosque defenditur dicamus penitus renuendas, sed quod eas ewangelicis atque apostolicis et canonicis decretis quibus postponenda sunt non posse inferre preiudicium asseramus*⁹⁴. Item, tercio, iure civili, nam dicit imperator quod leges non dedignantur sacros canones imitari, specialiter in matrimoniis et usuris, ut *Authentica*, ut clerici aput proprie, c. *Conven* et II, q. III, *Hinc colligitur* et *Extra*, *De novo operis nunciacione*, *Intelleximus*⁹⁵. Sed secundum canones sacros, usure non possunt exigi. Ergo nec secundum leges. Item dicit imperator se amplecti quatuor concilia generalia adeo ut per ea suis legibus derogetur, ut *Authentica*, *De electione titulari*, circa principium⁹⁶. Sed in Niceno concilio, quod est unum de illis quatuor, reprobantur usure, ut XLVII di., *Quoniam*⁹⁷. Ergo et secundum leges. Hec et multa alia per RAY., ut supra⁹⁸. Concordat in hoc BOECH, *Extra*, *De usuris*, *Conquestus*⁹⁹ et nota IOANNES ANDREE, *De regulis iuris*, *Peccatum*, in *Novellis*, § IIII, li. VI¹⁰⁰, dicens quod in nullo casu verus, purus, proprius contractus usurarius est concessus vel permissus a iure divino vel canonico, nec in hoc casu excusat aliqua lex humana contra legem dei. *Nam pari ratione qua prohibent usuram in uno casu, debent eam prohibere in quolibet, quia in omni casu habet maliciam convolutam et per consequens pari ratione qua eam concederet in uno casu, possent eam concedere vel permittere in*

Raym

Raym

94. *DG*, pars Ia, dist. X, c. I (FRIEDBERG, I, 19). Le texte est du pape Nicolas qui cite Grégoire le Grand, mais ce ne sont pas les paroles citées de Grégoire le Grand qui ont été recopiées par Nicolas de Dresde.

95. Cf. *Authenticae*, collatio VI, tit. XII, c. 1, col. 203; *DG*, pars 2a, causa III, q. III, c. 7 (FRIEDBERG, I, 453); *Decret. Greg. IX*, l. V, tit. XXII, c. 1 (FRIEDBERG, II, 844).

96. *Authenticae*, collatio IX, tit. XIV, c. 1, col. 324: «Sancimus igitur vicem legum obtinere sanctas ecclesiasticas regulas, quae a sanctis quattuor conciliis expositae sunt aut firmatae, hoc est in Nicaena ... Constantinopolitano ... Ephesina ... Chalcedonia ... Praedictarum enim quattuor synodorum dogmata sicut sanctas Scripturas accipimus, et regulas sicut leges observamus».

97. *DG*, pars Ia, dist. XLVII, c. 2 (FRIEDBERG, I, 169-170): «*Ex concilio Niceno*: Quoniam multi sub regula constituti avaritiam et turpia lucra sectantur, oblitique divinae scripturae dicentis 'Qui pecuniam suam non dedit ad usuram', mutuum dantes centesimas exigunt: iuste censuit sancta et magna sinodus ut, si quis inventus fuerit post hanc diffinitionem usuras accipiens, aut aliquam adinventionem, vel quolibet modo negotia transigens, aut emiola, id est sescupla exigens, vel aliquid tale prorsus excogitans turpis lucri gratia, deiciatur a clero et alienus existat a regula».

98. Depuis la note 78 jusqu'ici, Nicolas de Dresde a emprunté à Raymond de Peñafort le fond de sa pensée et ses références, mais en développant un peu le discours.

99. Cf. H. BOICH, *In quinque ...*, dist. in V lib. *Decret.*, p. 174^a.

100. Cf. JOANNIS ANDREE *In titulum de Regulis Iuris Novella Commentaria*, Venise 1581, f^o 64^{rv}.

quolibet. Quod patet esse falsum ex hiis que dicta sunt supra. Hec BOECH¹⁰¹. Nec obstant contraria XIII [G, 106^v], q. IIII, *Quid dicam*¹⁰², quia locuntur ubi non est quo iudice repetantur, scilicet usure, et factum respicit, non ius. Ideo dicit ibidem AUGUSTINUS: *Quid dicam de usuris quas et ipse leges et iudices reddi iubent. An crudelior est qui subtrahit aliquid vel eripit diviti quam qui trucidat pauperem fenore. Hec utique atque huiusmodi male utique possidentur et vellem ut restituerentur, sed non est quo iudice repetantur*¹⁰³.

13. Ille tamen leges que permittunt exigi ultra sortem, ratione interesse vel ratione more, [D, 222^{nb}] bone sunt si sane intelligantur. Exemplum primi de fideiussore qui potest usuras, quas creditoribus necessarie habuit solvere, repetere, ut *Extra, De fideiussoribus, Pervenit*¹⁰⁴. [F, 131^v]. Item, ratione more, ut si deberes michi centum ad certum terminum, noluiisti solvere in termino et ideo oportuit me recipere pecuniam sub usuris propter negocia mea tractanda. Tu teneris michi restituere illas usuras, si solvi. Si non solvi, teneris liberare me ab illa obligatione, ut in *Decreto, c. Pervenit*¹⁰⁵ et in *c. Constitutus*¹⁰⁶ eodem titulo. Hoc autem proprie non est usura, sed potius interesse, et non est lucrum, sed vitacio dampni. Et sic in aliis casibus quando loco interesse succedant, ut puta: vendo et statim trado tibi fundum cum fructibus certo precio usque ad mensuram solvendo. Non solvis ad terminum. Terminum elapso, quia nichil solvisti et tamen fructus fundi venditi facis tuos, possum a te petere ultra precium. *C. De usuris, lege II*¹⁰⁷. Unde notandum

101. H. BOICH, *In quinque* ..., dist. in V lib. Decret., p. 174^a.

102. *DG*, pars 2a, causa XIV, c. 11 (FRIEDBERG, I, 738). Emprunté à AUGUSTINI *Ep CLIII, ad Macedonium*, n° 25 (PL 33, 664-665).

103. *Ibid.*

104. *Decret. Greg. IX*, l. III, tit. XXII, c. 2 (FRIEDBERG, II, 530): «LUCIUS III, PAPA: ... Mandamus itaque discretioni vestre atque praecipimus, quatenus, si ex confessione praedictorum clericorum vel alias legitime vobis rem ita se habere constiterit, moneatis eosdem, ut memorato R. pecuniam, quam pro eis solvit, dilatione et appellatione cessante restituant ipsumque servent indemnem; alioquin vos, auctoritate apostolica freti, de reductibus eorum praescripta debita faciatis appellatione remota in integrum exsolvi, et damna etiam, quae idem R. propter hoc pertulit, resarciri, aut praedictos redditus sibi assignetis tamdiu sine molestia detinendos, donec ipsa damna resarcita fuerint et debita sine diminutione soluta ...».

105. *Ibid.*

106. *Ibid.*, c. 3: «LUCIUS III, PAPA: Ideoque, quia pro nostro volumus officio providere, ne qui gratiam meruit poenam sustineat, fraternitati tuae per apostolica scripta praecipiendo mandamus, quatenus, si legitime tibi de huiusmodi assertione constiterit, praefatum debitorem, ut eum a praedicta intercessione sine dilatione prorsus absolvas, omni gratia et timore postposito, nullius appellatione obstante ecclesiastica censura compellas».

107. *Digestorum*, l. XXII, tit. I, lex 2 (CJCI, I, 320): «Vulgo receptum est, ut, quamvis in personam actum sit, post litem tamen contestatam causa praestetur: cuius opinionis ratio redditur, quoniam quale est, cum petitur, tale dari debet ac propterea captos fructus partumque editum restitui oportet».

Handwritten notes in the right margin:
- f...
- ...
Boich ...
...
m...

Handwritten notes in the right margin:
et. ...
155.

Handwritten notes in the right margin:
...
9.10. ...

Handwritten notes at the bottom left:
3. 17 de an. ...
...

Handwritten notes at the bottom middle:
cc Henricus Bohem.
...

Handwritten notes at the bottom right:
Et utrum ...
...

Handwritten notes in the right margin:
m. p.
notam
...

Petrus de Sempore = Petrus
 Summa de iudicium 7.109 1230-1250
 scholasticus
 mo sola
 rursus antiqua

est quod si ecclesie vendenti offeratur ultra iustum precium, non licet sibi recipere, ut notat IOHANNES¹⁰⁸ et HUGO¹⁰⁹, X, q. II, *Hoc ius porrectum*.

14. Unde dicit THOMAS: *Secundum divinam legem illicitum reputatur, si in empcione et vendicione non sit equalitas iusticie observata, et tenetur ille qui plus habet recompensare ei qui dampnificatus est, si sit notabile dampnum. Quod ideo dico quia iustum precium rerum quandoque non [G, 107] est punctualiter determinatum, sed magis in quodam existimacione consistit ..., quia, sicut dicit AUGUSTINUS, in XI^o li^o De civitate dei¹¹⁰: Precium rerum venalium non consideratur secundum gradum nature, cum quandoque pluris vendatur unus equus quam unus servus, sed consideratur secundum quod res in usus hominum veniunt, et ideo non oportet quod venditor et emptor cognoscant occultas rei vendite qualitates, sed solum illas per quas redditur humanis usibus apta, puta quod equus sit fortis et bene currat et similiter in ceteris. Has autem qualitates venditor et emptor de facili recognoscere possunt^{c 111}. Et sic, quia in iusticia comutativa consideratur principaliter equalitas rei, ideo in empcione recompensacio fieri debet secundum equalitatem rei, sed in amicicia utili consideratur equalitas utilitatis.*

15. Ideo recompensacio fieri debet secundum utilitatem perceptam, et illa est ratio quare pactum legis commissorie in pignoribus reprobatur, sed non in vendicionibus. Pro quo nota quod dicit HENRICUS BOECH, *Extra, De pignoribus, Significante*¹¹², quod lex commissoria sive pactum legis commissorie est quod, si precium non solvatur, facit rem comittere in creditorem, sicut vectigalia faciunt rem comittere in fiscum, ut *Digesta, De publicis vectigalibus, lege Comissa*¹¹³. Huiusmodi ergo lex in pignoribus reprobatur quia, secundum GODOFRIDUM, si pactum tale valeret, nunquam sine eo creditores mutuarent sub pignore et sic esset contra bonos mores¹¹⁴. Sed non in vendicionibus. Cuius, secundum IOHANNEM ANDREE, PETRUM et ABYATEM, ratio est

quod res committitur pignori volunt -

^c possunt corr. possint

Ca 10, p. 2, c. 2 Facium.

108. DG cum glosis, col. 887. L'affirmation s'y trouve, mais le nom de Johannes n'y figure pas.

109. Hugo non plus n'est pas nommé dans le même passage.

110. Cf. AUGUSTINI *De civitate Dei*, l. XI, c. 16 (PL 41, 331).

111. THOMAE Aq. *S.th.*, IIa IIae, q. LXXVII, art. 1, ad 1 et art. 2, ad 3.

112. H. BOICH, *In quinque ...*, dist. in III lib. Decret., p. 444.

113. *Digestorum* l. XXXIX, tit. V, n^o 14 (CJCI, I, 650-651): «Commissa vectigalium nomine etiam ad heredem transmittuntur, nam quod commissum est, statim desinit eius esse qui crimen contraxit dominiumque rei vectigali acquiritur: eapropter commissi persecutio sicut adversus quemlibet possessorem, sic et adversus heredem competit».

114. Cf. G. DE TRANO, *Summa ...*, c. *De Pignoribus*, f^o 131^{va}-132^{va}, où est signalée la possibilité du passage indu de *contractu pignoris ad contractum empcionis* (f^o 132^{va}), mais les termes employés par Nicolas de Dresde ne s'y trouvent pas.

Summa
 X 322
 1. 500

provan de
 de luy

non aut
 velum

Ab. de...
 - ad...
 imp...

115
 que nouvelles
 De pignoris
 Comment. in Tertium
 significante (p. 91 A)

quantum valet ¹¹⁵. Tantum enim valet res sicut vendi potest. *Digesta, Ad Trebelianum, lege prima, § Si heres* ¹¹⁶. Et ideo si ea^d stat condicio, non multum fraudatur venditor. Non sic in pignoribus, quia comuniter plus valet pignus quam pecunia [F, 132^a]. Si ergo ibi haberet locum hoc pactum, illo quo plus valeret, fraudaretur debitor. Item quia per hoc innitarentur creditores ad usuram, quia aliter nollent credere, secundum eum. Item alia ratio potest esse, quia debitor indigens omne pactum iniret cum creditore [G, 107^a] ut haberet pecuniam et idem, cum non satisfaceret, per consequens perderet dominium quodammodo sine consensu suo. Nec mirum si illud pactum sit prohibitum in pignoribus et permissum in vendicionibus, quia in vendicionibus facit rem [D, 223^a] inemptam et reponit utrumque contrahencium in pristinum statum, ubi nulla cadit deceptio. Secus in pignoribus ubi pignus auferretur^e debitori et attribueretur^f creditori. Quod esset iniquum, scilicet quod, nisi debitor solveret pecuniam ad tempus conventum, quod creditor haberet rem pro pecunia quam mutuavit. Valeret tamen si esset pactum quod, nisi debitor solveret ad tempus conventum, pignus sit creditoris, iusto precio suppleto.

16. Eciam nota quod si pena est iudicialis, id est a iudice imposita et statuta ad puniendum contumaciam debitoris qui, cum possit, contempnit in termino statuto solvere pecuniam creditori, non est usura. Si vero pena sit conventionalis, id est de communi consensu parcium in ipso contractu apposita, ut saltem metu pene debitum certa die solvatur, usura non committitur, dum tamen semper intencio sit recta, ut *Extra, De arbitris, Dilecti* ¹¹⁷. Si autem ille qui talem penam apposuit, consuevit esse usurarius, presumitur quod in fraudem usurarum adiecerit penam. Item esset presumptio, si per singulos menses vel annos dicitur comitti. De ista materia, per IOHANNEM, XIII, q. III in summa ¹¹⁸.

17. Item advertendum, secundum quod dicitur XIII, q. III, in summa ¹¹⁹ et tactum est eciam aliquialiter supra, quod duo sunt contractus qui de natura

^d ea corr. ei
^e auferretur] auferret G
^f attribueretur] attribueret G

- 115. Non inveni.
- 116. Cf. n. 53. *D.* 36. *D.* 36. *D.* 36.
- 117. *Decret. Greg. IX*, l. I, tit. XLIII, c. 4 (FRIEDBERG, II, 231): «INNOCENTIUS III: ... discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus praefatos Hospitalarios, ut arbitrium ipsum, praesertim et consilio roboratum, sicut sine pravitate provide latum est et ab utraque parte sponte receptum, observent, monere ac inducere procuretis, eos ad hoc, si necesse fuerit, per poenam in compromisso statutam appellatione postposita compellatis».
- 118. Il ne figure aucun texte de Jean d'André dans le *DG cum glosis*, pars 2a, causa XIV, q. IV. Quant à une *Summa* de Jean d'André, traitant du *DG*, je n'ai pu mettre la main dessus.
- 119. Cf. *DG*, pars 2a, causa XIV, q. III (FRIEDBERG, I, 735).

Si quis res sua vendiderit... hoc pactum in venditione... non in pignoribus... per se... et aliter... communiter...

De iste materia nota per Jo. XII 19 III in Summa - p. 111. ff. prohem. ff. in summa

Summa P. II v. 862

p. 23 ff. VII de iur. p. II v. 862

Summa t. I v. VII ad. II 133 ff. de iur. p. II v. 862

Summa t. I v. VII ad. II 133 ff. de iur. p. II v. 862

111 ff. de iur. p. II v. 862

Amalarius... de Big. Ambrosius... de Big. Ambrosius...

No. 1

Ered. nota 78

sui sunt gratuiti, ut mutuum et comodatum, et in mutuo certum est quod requiritur quod sit gratuitum. Alioquin est usura. Et si aliquid recipitur pro comodato non est quidem usura, sed statim desiit esse comodatum, quia aut recipitur aliquid pro ipsa re aut pro usu rei. Si pro ipsa re aliquid recipitur, aut pecunia aut alia res. Si pecunia, est empicio et vendicio. Si alia res, tunc erit contractus permutacionis. Si pro usu rei accipitur pecunia, erit contractus locacionis. [G, 108^r] Si res alia, erit contractus innominatus, ut do ut des. Et sic omnes isti contractus liciti sunt laicis, ut LXXXVIII di., *Fornicari*¹²⁰. Clerici tamen debent abstinere ab empicione et vendicione, quia illud non facile fit sine peccato, ut *De penitencia*, di. V, *Qualitas*, ubi dicitur: *Difficile est inter ementis vendentisque comercium non intervenire peccatum*¹²¹, nam contrahentibus naturale est sese invicem decipere. *Digesta, Locati*¹²². Item *Si precio*¹²³. Et in *Decreto*, c. *Fornicari*, dicitur: *negociari aliquando licet, aliquando non licet. Antequam enim ecclesiasticus [F, 132^v] quis sit, licet ei negociari, factio iam non licet*¹²⁴. Licitum tamen est clericis emere aliquam rudem materiam et inde artificium aliquod facere, si eis sua non sufficiunt, ut XCI di., *Clericis victum*¹²⁵. Et XXI, q. I, c. 1^o¹²⁶ et *De cons.*, di V, *Nunquam*¹²⁷. Tunc enim non acquiritur lucrum ex negociacione, sed ex artificio. Talia enim licita erant apostolis, ut XXI, q. I, c. 1^o¹²⁸. Et de isto infra plenius dicitur.

120. *DG*, pars 1a, dist. LXXXVIII, c. 10 (FRIEDBERG, I, 308). Emprunté à AUGUSTINI *Quaestiones ex utroque Testamento mixtim*, q. XXVIII, in fine (PL 35, 2391). Le texte est retranscrit par Nicolas de Dresde, *infra*, à la note 124.

121. *DG*, pars 2a, causa XXIII, dist. V, c. 2 (FRIEDBERG, I, 1240). Emprunté à LEONIS PPAE *Epistola CLXVII*, Inquisitio 9 (PL 54, 1206).

122. Cf. *Digestorum* l. XIX, tit. II, n^o 22 (*CJCI*, I, 287): «Quemadmodum in emendo et vendendo naturaliter concessum est quod pluris sit minoris emere, quod minoris sit pluris vendere et ita invicem se circumscribere, ita in locationibus quoque et conductionibus est». Cf. aussi *passim* à la même référence: *CJCI*, I, 284-291.

123. *Ibid.*, p. 287: «Item si pretio non soluto inempta res facta sit, tunc ex locatio erit actio. Quotiens autem faciendum aliquid datur, locatio est».

124. Cf. *supra*, n. 120.

125. *DG*, pars 1a, dist. XCI, c. 3 (FRIEDBERG, I, 316): «PELAGIUS, PAPA: Clericus victum et vestimentum sibi artificioso vel agricultura, absque officii sui dumtaxat detrimento, preparet...».

126. *Ibid.*, pars 2a, causa XXI, q. I, c. 1 (FRIEDBERG, I, 852): «... ad vitae vero huius necessitatem studia diversa sunt. Ex eis ergo, qui voluerit, acquirat corpori opportuna. Ait enim Apostolus: 'Ad ea que michi opus erant, et his qui mecum sunt, ministraverunt manus istae'. Et hec quidem in hac servanda urbe. Ceterum in villis, que foris sunt, propter inopiam hominum indulgeatur».

127. *DG*, pars 3a, *De consecratione*, dist. V, c. 33 (FRIEDBERG, I, 1421). Emprunté à HIERONYMI *Epistola CXXV, ad Rusticum*, n^{os} 11 et 17 (PL 22, 1078-1079 et 1081): «... Si apostoli habentes potestatem de evangelio vivere, laborabant manibus suis, ne quem gravarent, et aliis tribuebant refrigeria, quorum pro spiritualibus metere debebant carnalia; cur tu in usus tuos successura non prepares...».

128. Cf. *supra*, n. 126.

Provan + Q. II
de usus
f. 55
Int. VII

vedi
me h 298
f. 189.

2002

9. III. 1. I

frax glon Mel Tenton

XXXIII
Vol. 8

Sup. Galis
Nbs
Lo use in
Cathart
f. 100 p. 100